




1638

2









T

III  
222.



~~1. V. 43~~

EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

III A 222

SIGNAT. clvccccxiii.



*Christophori Buchei Epigrammatum  
bibliorum centuria una.  
Lipsiae 1638*



(1.)



I.

## CHRISTUS Margarita.

*Theophylactus in Matth. 13, 47. Plinius lib. 9, 35.*



Valiter ætherium cum fulgure  
re conchula rorem  
Imbibit, ut Perlæ fiat amœ-  
nus honos:

Sic ex coeligenâ vegetantis Flaminis aurâ  
Virgineo JESU nascitur in gremio.  
Concha meum cor est, ros verbum, Spi-  
ritus ignis,

Hic oriare satum CHRISTE subinde novô!

II.

## Hominum brutalitas.

*Numer. 22, 23. Esa. 1, 3.*

Stultior est asinâ Bileamide turba pro-  
fana:

Illam timet Geniū, non timet ista DEUM.

A 2

3. Spi-

2.  
III.

Spiritualis resurrectio.

*Ephes. 5. v. 14.*

**S**OL, oculus mundi, licet occubuisse pu-  
retur, (est:

Manè tamen rursus ceu redivivus ad-  
Sic Sol justitiæ quæquam cecidisse vide-  
(tur

In cruce, vivificò mox tamen igne redit.  
Huc igitur propera qui lapsus obisse vide-  
ris,

Fulgidior surges irradiante DEO.

IV.

Attentio.

*Genes. 15. v. 11.*

**Q**UUM super Abrami mactata piacula,  
furtim

Irruerent volucres, mox abigebat eas.  
Sic uti ne temeret Satanas tua sacra pre-  
Pelle peregrinæ colluvionis aves. (cantis;

V.

Corde toto.

*1. Reg. 3, 26. Luc. 10, 27. Matth. 6, 24.*

No.



**N**Oluit infantem diffindi provida ma-  
(ter, (Pater,

Nos quoque non animum dimidiare

## VI.

Mors secunda.

*Joh. 11, 44. c. 20, 7. Apoc. 20, 14.*

**L**Azarus è tumulò secum sua vincla fe-  
(rebat,

Ergò necis rursus vincula dura tulit.

**CHRISTUS** at in tumbâ religacula cuncta  
(reliquit,

Non igitur porrò mors dominatur ei.

Exuvias veteres si quis deponit, in illum

Altera nil quidquam Mors sibi juris ha-  
(bet,

## VII.

Gratiâ, non ex Operibus.

*Luc. 15, 18. seqq. Ephes. 2. vers. 8, 9.*

**R**Ebus ut amissis studuit malè - perditus  
(hæres

Ne quidquã siliquis exsaturare famem;

Sic meritis propriis homo se frustrabitur  
(omnis:

Fidentes reficit gratia sola Patris:

CRUX.*2. Reg. 2, 11. Actor. 14, 21.*

**T**urbine surreptus violenter abibat E-  
 (lias,

Ne nimis in coelos molle putemus iter.

IX.

CHRISTI vulnera.*Cant. 2, 14.*

**S**icut in arboreis agitata Columba caver-  
 (nis

Accipitris saevas effugit insidias.

Sic ubi sanguineis vultur- Stygis ungvibus  
 (instat, (cuis.

Vulneribus tegitur mens pia, CHRISTE,  
 X.

CHRISTUS in templô.*Luc. 2, 46. Cant. 3, 3.*

**S**i sedet inventum complecti pectore  
 (CHRISTUM,

In sacris illum quære ministeriis.

Nam quum Sponsa suos alibi quæsiverat  
 (ignes,

Urbis apud vigiles se reperisse canit.

II. Pra-

XI.

Pravum consortium.

*Syr. 31, 1.*

**Q**Vum Capra fortassis degustat eryn-  
 (gion una,  
 Ipsaque subsistit, grex reliquusq; simul:  
 Sic inter socios vitiis si pascitur unus,  
 Mox alios etiam degenerare, liquet.

XII.

Aranea murus.

*Exod. 2, 3.*

**F**iscellâ Moses mediis latitabat in undis,  
 Ut videas, scirpô fidere posse pios.

XIII.

In aridô quid?

*Luc. 22, 44. & 23, 31.*

**S**anguineus manat CHRISTI de corpore  
 (sudor,  
 Exprimit hunc hominum pernicipiale  
 nefas.

Heu mihi, si Natus tam Patris inhorruit  
 (iras!

Quid tabulis fiet, quando columna tre-  
 (mit?

A 3

14. Mi-

6.

XIV.

Miracula.

*1. Cor. 1, 22.*

**Q**vando fides fidei fidei de codice facta  
(est,  
Prodigium fuerit quærerere prodigium.

XV.

Vexatio.

*Gen. 7, 18. Esa. 26, 16.*

**A**ltius arca Noæ crescentibus exiit un-  
dis,  
Sic magis ad coelos sub cruce fertur ho-  
mo.

XVI.

Innocentia.

*Psal. 13, 4. Act. 7, 55.*

**C**ernebat coelos Stephanus lapidandus  
(apertos:  
Innocuè pressis Numen & astra patent.

XVII.

Γνώθι σεαυτόν.

**O** homo mortalis, si te non noveris an-  
(te,  
Torlaci speculum, quod tueare, gerunt.

18. Ec-

XVIII.  
Ecclesia.

*Cantic. 2, 2. Matth. 16, 18.*

**E**Micat in mediis Ecclesia pressa periculis,  
Ut caput in spinis fert generosa rosa.

XIX.

Gloriam præcedit humiliatio.

**M**ulta prius passus per inhospita res qua  
(Jacobus,

Florentes Canaæ seriùs intrat agros:  
Sic prius in mundi compungimur hujus

(eremò,

Quàm sponsi pareant regna beata poli.

XX.

Beati mites.

*Matth. 5, 5. 1. Reg. 19. v. 11-13.*

**N**on vehemens turbo, neqve flamma,  
(solive tumultus

Adveniens numen, blanda sed aura, cur  
(lit.

Sic neqve venefos, neq; turpibus ignibus  
(ustos,

Aut terrena nimis corda Jehova colit:

A 4

Hos

8.

Hos habitat, sedemq̄ve suam sibi figit in  
(isthis,

Qui plenum mihi pectus amore gerunt

XXI.

Fides victoria nostra.

*1. Job. 5, 4. 1. Sam. 17, v. 43, 50.*

**I**Rridet Goliath ausum puerile Davidis,  
Et tamen à puerò vincitur ille Gigas.  
Sic quamvis Orbis nos rideat, attamen Or-  
(bis

Victores erimus prædominante fide.

XXII.

Fides ἐνεργουμένη.

*Gal. 5, 6.*

**C**Hristicolæ veri verâ pietate pateſcunt,  
Non ſecus ac frugum fertilitate ſo-  
(lum.

Nam quando radiis & Sol & Luna care-  
)bunt,

Absq̄ve piis poterit fructibus eſſe fides.

XXIII.

Religionis incuria.

*1. Reg. 10, 1. Matth. 12, 42.*

Lon-

**L**onginquis regina Sabæ veniebat ab o-  
(ris;

Ut Salomonæum cerneret ipsa sophos.  
Hic plus quàm Salomon: nemo tamen ad-  
(stat & audit;

Torporis ad stygias præcipitabit aqvas.

XXIV.

MORS CHRISTI.

*Jon. 1, 15. Col. 1, 20.*

**E**jectò Jonâ numero maris ira recedit:  
Occisò natò diffugit ira Patris.

XXV.

Nativitas & sepultura CHRISTI.

*Matth. 1, 25. Luc. 23, 53.*

**C**hristiparæ castâ veluti genetricis in  
(alvò

Nemo prius, nemo post genrandus e-  
(rat.

Sicutidem CHRISTI, vitæ genitoris, in  
(urnâ

Nemo prius, nemo post tumulandus  
(erat.

10.

XXVI.

Sursum!

*Jos. 2, 16. Col. 3, 2.*

**A**D montana duos, ne percitus obvies  
(hostis,

Exploratores jussit abire Rahab:

Nos etiam sursum properemus ad ardua  
(coeli,

Vallibus in terræ plurimus hostis agit,

XXVII.

Ora & labora.

*Exod. 17, 11.*

**Q**Vando levat palmas supplex ad sidera  
(Moses,

De turmis Amaleck Josua victor ovat:

Tu quoque si validis agitaris ab hostibus,  
(ora:

sæpè globis nudæ prævaluere preces.

XXVIII.

Concupiscentia residua.

*Jos. 15, 63. & c. 16, 10.*

**I**N terrâ Canaan certis superesse dabatur  
Gentibus, ut populus disceret arma  
(rudis:

Sic



Sic in Baptismô remanet vitiosa cupido,  
 Ut carnis stimulos vincere discat ho-  
 (mo,

XXIX.

Attentio.

**Q**uinque manûs digitos inter suspiria  
 (nexus

Quinq; coërcendis sensibus esse putes.  
 Namq; vagabundô distracta precatio sen-  
 (sus

Est insensati vox odiosa bovis:

XXX.

Impuritas.

**S**perne voluptates; quid enim juvet ista  
 (voluptas,

Quæ sua perfundit gaudia felle merô?  
 Est ganeo furi similis, qui recte ligatus,  
 Tendit ad infamem pulchra per arva,  
 (crucem.

XXXI.

Preces.

**Q**uod facit, omne facit precibus mens  
 (acta fidelis,

Ut corpus nervis, quod facit, omne fa-  
 (cit.

12.

XXXII.

Filius hominis.

*Hebr. 4, 15.*

**Q**Vando hominis miseri nemo miseretur  
(tur in orbe,  
In coelis alius nos miseratur homo.

XXXIII.

Capilli numerati.

*Matth. 10, 30.*

**S**I capitis nostri Deus ista superflua curat;  
Non animas hominum curet is ipse  
(magis?

XXXIV.

Deprecatio.

*Jos. 9, 12. Psal. 51, 19.*

**Q**Uum Gibeonitae veniam pacemque  
(rogarent

Vestibus in laceris, Josua sponse dabat;  
Sic facilem trepidis veniam largitur JE-  
(sus,

Qui sua conscisso crimina corde do-  
(lent.

35. Cum

## XXXV.

Cum DEO ad DEUM.*Job. 6, 44.*

**N**emo potest CHRISTUM proprio con-  
 (tingere nisu,  
 Ad Natum solus nos vehit ipse Pater.  
 Hunc igitur nobis comitemq; ducemqve  
 (petamus,  
 Orantum vacuas non sinit esse preces.

## XXXVI.

Dilectio.*Luc. 6, 36. 1. Job. 4, 16.*

**A** patre coelesti si vis ut natus amari,  
 Dispice num fratrem me bone fra-  
 (ter ames.

## XXXVII.

Oratio.*Exod. 34, 29.*

**O** Ra genasqve nitens Moses e monte  
 (redibat,  
 Quum pia miscuerat cum patre verba,  
 (DEO:  
 Sic animam precibus supero cum Patre,  
 (loquentem,  
 Irradiat diu fulgure sancta Trias.

## XXXVIII.

Vita.*Esa. 64, 8. Jer. 18, 6.*

**A** Ppositè mundi facies hæc ludicra, ma-  
(gna;

Cujusdam figuli visa taberna fuit.

Is figulus DEUS est, rota commutatio re-  
(rum,

Nos homines miseri lubrica vasa sumus:

## XXXIX.

Perseverantia.*Genes. 19, 21. Matth. 24, 13.*

**E** Sodomâ properante Lothô, dum re-  
) spicit uxor,

In salis hæc statuam numine versa fuit:

Non benè qui cœpit, sed qui perrexerit  
(ima,

Usque sub ætatis limina, salvus erit.

## XL.

CRUX.*Malach. 3, 2.*

**F**ullonis pannum veluti Radicula mun-  
(dat,

Qvò pellucidior candidiorq; micet:

sic

15.

Sic crucis Electi succo saturantur amaro,  
Ut pia lux operum splendeat inde ma-  
(gis.

XLI.

Pietas.

*2. Sam. 6, 11. 1. Tim. 4, 8.*

Suscipiens lubidè divinam foederis ar-  
(cam,

Munera larga DEI percipit Obed E-  
(dom,

Sic ubi suscipitur devoto pectore CHRI-  
(stus,

Tota salutifero perfluit imbres domus.

XLII.

DEUS Καρδιογνώστης.

*Jerem. 17, 10.*

O S antri tellus, oris polus æstimat an-  
(trum,

Pectus homo verbis, pectore verba  
(DEUS.

XLIII.

Adulator.

B

Ore

**O** Re quidem lingit, sed caudâ Scorpio  
 (pungit;  
 Sic & adulator, dum fricat, ungue se-  
 (cat.

XLIV.

Lex:

*Deut. 27, 26. Rom. 4, 15. 1. Cor. 15, 56.*

**L** Ege necem nemo superat, neque Nu-  
 (minis iras  
 Effugit, aut salvus fertur in astra po-  
 (li.

Legales operum tabulae vice cotis haben-  
 (tur,

Ad quam Mors stimulos exteric atra  
 (suos.

Nam lex, peccati virtus, magis excitat iras,  
 Solaque damnando fulmina Mortis a-  
 (git.

Non igitur factis homo vivit & astra me-  
 (retur,

sed salvus solâ fit pietate DEI.

XLV.

Montium asyla.

*Psal. 121, 1.*

In

**I**N montes monuit secedere **CHRISTUS**  
(alumnos,

Ni cingi Solymis obsidione velint.

Non aliter montes & nos fugiamus in al-  
(tos,

Si non cum mundò stet moriente mo-  
(ri.

Hi montes fuerint & Sina, Sinoque, Tha-  
(borque,

Clara salutari nobilitate juga.

In Sinæ scopulos Contritio seria ducat,

Nam terrefaciens lex ibi lata fuit.

Colle Sionæô locet alma Fiducia **CHRIS-**  
(sti.

Hinc Evangelii personuere tubæ,

In Thabor agnatæ statuat Renovatio car-  
(nis,

Namque fuit **CHRISTUS** clarificatus  
(ibi.

Montibus ex istis sublimis aditur Olym-  
(pus,

Si quis ibi-celebres exprimat historias,

XLVI.

Mundi gloria.

Gen. 29, 25. Phil. 3, 19.

A 2

Dum

**D**um Jacob expectat formam præstante  
 (Rahelem,  
 In thalamo lippam repperit ipse  
 (Leam.

Sic ubi captantur mundi fallacis amores,  
 Sæpè petitus honos in grave transit o-  
 (nus.

XLVII.

*Διες ἀπολυτρώσεως.**Luc. 21, 28.*

**Q**uis pius adventum Domini vereatur  
 (Jesu?  
 Frater enim Judex, isque Redem-  
 (tor erit.

XLVIII.

Proclivitas.*Eccles. 7, 21.*

**T**am probus est nemo, qui non turpissi-  
 (ma patret,  
 Subducente suas Omnipotente  
 (manus.

49. Amis



Amiffa integritas.*Genes. 5, 3.*

**P**rimus homo reliquos homines sine  
 (labe daturus,  
 Peccatis hominem sustulit ex homi-  
 (ne.

L.

Extra ecclesiam nulla salus.*Gen. 8, 9.*

**U**T potuit nusquam consistere missa,  
 (Columba,  
 Quam Noæ tabulis, quò revolavit  
 (ea :

Sic præstat miseris Ecclesia sola quietem,  
 Quum resipiscentes mater amica fo-  
 vet.

Huc igitur properate pii pernibus alis,  
 Inter aqvas mundi non erit ulla salus.

LI.

Devotio.*Gen. 32, v. 23, 24.*

B 2.

Quum

**Q**um seclusisset strepitum Patriarcha  
 (viator,  
 Conspicitur soli frons manifesta,  
 (DEI.

Sic ubi deserto vivit mens libera mundo,  
 Adspectu fruitur colloquioque DEI.  
 Nam pius à seclò quantò longinquius  
 (exit,  
 Hoc propius recipit mente vacante,  
 (DEUM.

LII.

Immeritum.*Gen. 32, 10. 2. Sam. 7, 18.*

**S**icut, ubi procul est Hyperionis aurea,  
 (lampas,  
 Maxima de parvis spargitur umbra,  
 (jugis:  
 Sic quantò minùs est Charitum mortali-  
 (libus ægris,  
 Hoc magis ipsorum corda superba tu-  
 (ment.  
 sed Jacob atque David sibi parvus uterq;  
 (videntur:  
 Quò propior sol est, hoc cadit umbra,  
 (minor.

Cultus Electitus.*Levit. 10, 1. Matth. 15, 9.*

**Q**UUM deferretur peregrinior ignis in  
(Aram,

Devorat incautos enthea flamma  
(viros.

Non amat humanas Dominus sapientior  
(artes,

Placatur solis moribus ipse suis.

Fides sancta.*Deut. 12, 14.*

**U**T de sacrificâ comedebat carne sacer-  
(dos,

Sic CHRISTI meritum percipit alma  
(fides, (sta

Ille locô sanctô quod edebat, edebat: & i-  
Obtinet in vitâ candidiore locum.

Nam quod se vitiis & crimine polluit a-  
(trô,

In tali non est pectore viva fides.

22.

L V. II

Bona opera.

*Esa. 26, 12.*

**Q**uæris, quæ placeant summo benefa-  
(cta parenti &  
Quæ bonus in nobis efficit ipse parens.

LVI.

Homo arbor inversa.

**Æ**theris influxus avidè bona combibit  
(arbos:  
Arbor homo putris est, negligit a-  
(stra miser.

LVII.

Deliciarum fuga.

*Dan. 1, 15.*

**M**agnificas epulas, & opipara fercula  
(Regis

Spreverunt socii cum Daniele pii:  
Scilicet ut tenues inter Sapia mentas  
Prona suas ipsis insinuaret opes.

Tu quoque delicias benè-sobrius aufuge

(carnis,

Non aliter CHRISTUS sub tua corda ve-  
(nit.

Quin

Qvin veluti parvò pueri speciosius ibane,  
Sic pia mens melius simplicitate nitet.

L VIII.

Mundi iniquitas.

*Job. 15, 19.*

Qvi moritur mundo, mundus sævissi-  
(mus odit,  
Qvi mundo vivunt, hos amat atq;  
(fovet.

Ingenium ponti mundus gerit: ocyus i-  
(dem

Mortua projectat corpora, viva tenet.

L IX.

Seculares concupiscentiæ.

*Genes. 18, 11.*

Sicut in effoetà puerum Sara concipit al-  
(vò,

Qvum Venerem porrò frigida nescit.  
(anus:

Sic veteres carnis decet evanescere flam-  
(mas,

Ut melior CHRISTI concipiatur amor.

24.

LX.

Deprecatio.

*Numeror. 16, 46.*

**I**N vivis Aaron medius mediusq̄; perem-  
(tis

Thuribulô cohibet quassa flagella,

(DEI.

Nempe meros inter gladiosq̄ve famem-  
(q̄ve, necemq̄ve,

Læsa reconciliant Numina thura pre-  
(cum.

LXI.

Christianismus.

*Cantic. 1, 13. Matth. 11, 30.*

**F**asciculus myrrhæ meus est mihi dulcis  
(amicus,

In Salomonæô carmine Sponsa ca-  
(nit.

Christianismus enim propriè suavissima  
cruce est,

Nilq̄ve nisi verè dulcis amarities.

LXII.

Christi nativitas

*Cantic. 1, 16.*

Pul-

**P**ulcher es, & viridis thalamus tuus, au-  
(ree JESU:

Nam sine patre patrem filia virgo  
(parit.

## LXIII.

Johannes in utero.

*Cantic. 2, 8. Luc. 1, vers. 39, 41.*

**N**oster amor loquitur! Saliens in mon-  
(tibus istis

En venit! en istis defilit ipse jugis!

En capreae similis meus est dilectus & hæ-  
(do!

Et non præfiliã, prodromus ipse, DEO Æ

## LXIV.

ΘΕΟΤΌΝ

*Cantic. 3, 10.*

**A**uricolor thalamus, gemmis distin-  
(ctus, & arte

Munditer è lignis structus adorife-  
(ris,

Cujus ab argentò geminae micuere co-  
(lumnae,

Ast ebur aulæum, purpura sella fuit,

Tum

**F**um' torus intimior mirô radiavit amore:  
Christiparæ prægnans Virginis alvus e-  
(rat.

LXV.

Vox resurgentis.*Cantic. 2, 10-13.*

**E**ja veni mea lux, age surge Columbula  
(nostra,  
Quid cessas? agetum dulcis amica  
(veni.

**T**ransiit acris hiems, fera nixqve recessit  
( & imber,

Inq; novô flores promicuére solô.  
**T**urturis in lætis vox est audita virectis,  
Et grossos genuit ficus amœna suos.  
**A**dde, quòd & vites svavem jaculantur o-  
(dorem:

**Q**uæ mora? nil prohibet: tu modò pul-  
chra veni,

**E**ja veni mea lux, mea spes, mea summa  
(voluptas,

**S**urge, diu serui, jam tua mæsis erit.

LXVI.

Hypocrisis.

Cri-



**C**Riminibus veniam mundus deperdi-  
 (tus orat,  
 Sic tamen, ut fieri crimina porro ve-  
 (lit.

## LXVII.

Humilitas.

*Gen. 24, 63. Phil. 2, 7.*

**V**ult homo, vermiculus terræ, ve gran-  
 (dis haberi,  
 Et dominus cœli servus in orbe fuit.  
 Non istum docuit pudibunda Rebecca  
 (tumorem,  
 Quum pedes occurrit sponsus, omisit  
 (equum.

## LXVIII.

Fidei agonia.

*Gen. 32, 28. 1. Job. 5, 4.*

**I**Srael esse nequit, nisi quis fuit ante Jaco-  
 (bus.  
 Nec nisi devictô panditur orbe  
 (Pniel.

69. Apo.

LXIX.

Apostasia.

Num. 11, 1.

**S**Cilicet antiquas Papalis ad hæresis ol-  
(las

Absque gravi poenâ nemo redire  
(potest.

Nam simul ac veteres plebs stulta require-  
(ret offas,

igneus absumsit castra cremata furor.

LXX.

Hieronymi precatio.

**P**ars ego sum, pie CHRISTE, tui certis-  
sima lytri:

Me tua salvavit cruxq; cruorq; tuus:

Non igitur spernas. Equidem miserabilis  
(agnus

Erroq; sum, sed tu, CHRISTE, require  
(vagam.

Inventumq; sacro mitissime pastor ovili  
Infer, ut in verbis justificere tuis.

Namque rec. pisti, quòd quâ peccator in  
(hora

Ob sua inœruerit crimina, salvus erit.

LXXI.

Ἀυτάρκεια.

I. Tim. 6, 8.

**H**anc albam vitæ formam tenuisse ju-  
 (vabit,  
 Ut, quantum satis est, corpora sana  
 ferant.

Nempe famem duo fêrcla, sitim tria po-  
 (cula sedent,  
 Veste gelu pellas, arceat arma domus.  
 Hanc nihil intererit num cespitis erigat  
 (agger,

At vanus Pariâ de regione lapis.  
 Tam benè quis culmô tegitur, quàm di-  
 (tior aurô;  
 Nec lapidas vitiat lignea quadra dapes.  
 Nil præter solos animos mirabile ducas:  
 Hi magni magnum nil reputare solent.

Dispar exitus.

Psal. 37, 37. Psal. 73, 19. Luc. 16, 25.

**M**oeret olor vivus, moriens modula-  
 (tur amœnè,  
 Hoc hominis pactô factus imago p i.  
 Alt

Ast obiens ululat, qui plauserat ante pro-  
( fanus,

Ut cecinit Siren, quæ moribunda ge-  
( mit.

LXXIII.

Correctio.

**P**Rincipio mordet, post fert medicina  
( salutem :

Sic quæ prima dolet plaga, deindè ju-  
( vat.

LXXIV.

Carnis CHRISTI illocalitas.

*Ephes. 1, 21, c. 3, 10.*

**H**oc liquet, in coelis CHRISTI considerare  
( carnem,

Et totos pariter perpenitrare polos.

Ast ubi, vel quanam divum sit in æthere  
( corpus,

Spumosi capitis quæstio vana foret.

Non etenim fas est, nostræ rationis amissi

Abdita coelorum dinumerare sacra

Id satius fuerit, si quis de corpore tantò

Augustè loquitur, magnificeqve sapit.

vs. Me

Merita.*Rom. 3, 27. Gal. 1, 21.*

**Q**uid meritum jactas? hoc scire, quòd  
 ( undiqve nullum,  
 Sufficiat meritum, sufficit ad meri-  
 ( tum.

Namq; sibi meritisq; suis confidere velle;  
 Non fidei, invidiæ perfidiæqve foret.

LXXVI.

Baptismus.*Tit. 3, 5.*

**A**lvi virgineæ sacer est Baptismus adin-  
 ( star,

Quod Mariam, fontem Flamen ad-  
 ( implet idem.

LXXVII.

Tò πρῶτον in Coenâ:

**O**ptime mi Jesu, de Coenâ dissona lis est;  
 Alter enim verbis dicit inesse tro-  
 ( pum;

Ast ego nec glossas, nec pictas credo figu-  
 ( ras,

Nam magis impedicant, infatuantqve  
 ( magis.

C

Uc

Ut sacra verba sonant, sic hæc intelligo  
(nudè:

Si velles aliter, non ita dicta forent.  
Non tua sunt commenta, sed est tua litera,  
(CHRISTE,

Qualiter ergo lego, taliter esse puto.  
Et quia textus adest facilis, mala glossa fa-  
(cesse:

Fallere non textus, fallere glossa potest.

LXXVIII.

### Resurrectio prima.

*Apoc. 20, 12. Rom. 8, 4.*

**Q**ualiter è tumulò superas redivivus in  
(auras

Prodiit æterni CHRISTUS imago pa-  
(tris:

Sic homo devitii debes exire sepulchris,  
Ut vitam peragas in probitate novam.

LXXIX.

### Miserere mei.

*Psal. 51, 1.*

**O**ptima verba duo, quæ dicere possu-  
(mus, hæc sunt:

Peccantis famuli commiserere DEUS.

LXXX.

LXXX.

Gratia præveniens.

Sicut nemo suas in Sole præambulae um-  
(bras,

Nam coeunt semper, præcelerant ve ni-  
(mis :

Sic homines meritis possunt excedere,  
(nullis

Ante salutiferi munera prima DEI.

LXXXI.

Ignoscentia.

Vindictæ pulchrum genus est, ignosce-  
(re victis :

Hæc est in summô gloria summa DEO.

LXXXII.

Virtus post nummos.

Quàm quis sit sapiens divesq; , requiri-  
(mus omnes,

Quàm pius & sanctus, quærere nemo  
(solet.

LXXXIII.

Cedendo vinces.

Rom. 12, 20.

Ulceræ non colaphi, sed mollia plasma  
(ta sanant : (vant.

Invidiam probitas, non maledicta le-

G-2

LXXXIV.

Alienum. 1. Cor. 4, 7.

**U**T custoditas non possidet arcula gem-  
(mas,

Sed qui deposuit has ibi dives herus:  
Sic homo vas nudum coelestis habetur a-  
(moris: (na DEI.

Quæ tenet, haud sua sunt, sunt data do-  
LXXXV.

Homo.

**Q**uis putet, à brutis hominem virtute,  
relinqui? (tamen.

Et præstant homini plurima bruta  
Serpentes astu, sed simplicitate Columbæ,  
Notitiâ domini Bos Asinusque rudis:  
Strenuitate Leo, tranquillis moribus Agni,  
Formicæ studiis, excubiisque Grues:  
Servitiis Sonipes, pietate Ciconia, Turtur.  
Conjugiô, Galli corde, fideque, Canes,  
At vitiis exæquat homo foedissima bruta,  
Quia superat rabidas improbitate feras.  
Nam tetrior Lutris, turpique ferocior Hircô,  
Tigride barbarior, sordidiorque sue:  
Vulpibus improbior, Pavone superbior  
(albô,

Sævior est Ursis, horridiorque Lupis.



LXXXVI.

Intentio, Genes. 4, 4-6.

**S**acrificabat Abel, fraterq; Cainus; ac ille  
Gratus, hic ingratus sacrificator erat.  
Hoc animus fecit dispar in fratrib; isthis:  
Alter enim candens, candidq; alter erat.

LXXXVII.

Summa precum,

**U**T DEUS exurgat, sed Tartarus occidat  
in te, ( precum.  
Sic tibi summarum summa suprema

LXXXVIII.

Amor seculi.

Gen. 34, 2. 1. Job. 2, 25.

**Q**uam Dina non-patrias petulantius in-  
(set in urbes,  
Virgineo stuprum corpore passa fuit.  
Sic ubi lascivo securius utimur ævo, (nos.  
Corrumpunt animos secula prava bo-

LXXXIX.

Magistratus Auctoritas.

Gen. 41, 42.

**A**nnulus, & torques, vestisq; superba Jo-  
(sephi, (lunt.  
Esse magistratum cum gravitate vo-

C 31

XC.

X C.

MORS *Gen. 45, 27.* (cobum,

**C**urrus ab Ægypto, qui devehit illud J.  
Est pius occubitus, qui super astra

X C I.

(vehit,

Sanctimonia *Exod. 3, 5. Heb. 12, 14.* Sic

**A**ccessure Deum vitii prius abjice for-  
(des.

Ut crepidas Moses exsultante suas.

X C II.

DEO gratias. *1. Cor. 10, 30.*

**O**s oculosque levant ad singula grana  
(Columbæ.

Inde cibum rectè sumere discat homo.

X C III.

Cor contritum. *Matth. 9. v. 12, 13.*

**U**T magis ægroti suspiria curat anhela,  
Quàm pueri sani garrula vota pater;  
Sic magis attendit miserum lacrumabile  
(murmur,

Quàm Phariseorū verba superba DEUS. AC

X C IV.

Verbum salutis. *Actor. 13, 26.*

**P**Harmaca si spernat, nunquam relevabi-  
(tur æger:

Sic non salvatur qui sacra verba fugit. I

X C V.

Dissimulatio.

(una,

**U**T, si forsan apis puerum compungeret  
 Majori reliquas stringeret ille malòs  
 Sic magis irritat, qui crimina cuncta su-  
 (perbè

Diluit; in minimis dissimulare iuvat.

XCVI.

Implacabilitas. Prov. 16, 32.

**P**Ergama vincuntur, sed vincit nemo se-  
 (ipsum:

Affectus, si vis vincere, vince tuos.

XCVII.

Deprecatur iracundiam. (iras,

**C**HRISTE repentinus rapior violenter in  
 Hæc est congeniti vis odiosa mali.

**Q**uòd tamen hos forti reprimo pietate  
 (tumultus,

Est, bone mi Jesu, muneris omne tui.

**A**c quia mortales viciò nò solvimur omni,  
 Non immortalis nostra fit ira, dato.

XCVIII.

Hæreticus. Matth. 7, 15.

**I**ngenio Vulpes, Draco pectore, moribus  
 (Agnus,

Astu, sævitia, blanditiisq; necat.

XCIX.

XCIX. Cordium pravitas.*Ezech. 8, 10.*

**T**urpia reptilium simulachra, putresq;  
 (deastri, (det,

Et quæ prætereà foeda Propheta vi-  
 Pectoris humani depingunt sordida tem-  
 (pla, (habet.

Multus ubi latebras vermis & angvis  
 Jam colubros istos animis depellere totis  
 Par erat; at demens hæc homo monstra  
 (fovet.

Et mirū fuerit, si, quod colit ipse, vicissim  
 Hoc nimos hominis numen & autor  
 (agat?

c.

Veni Domine Jesu. Apocal. 22, 20.

**C**HRISTE veni, satis est; rabit & rapit Or-  
 (bis & Orcus: (ni!

Ut pia salventur pectora, CHRISTE ve-  
 yévoito! yévoito!

NB. An die Buch-Binder.

Bei in dieses Tractätleins erstem Bogen die Columnen  
 aus Eylfertigkeit verschossen worden / als wird sich der  
 vorsichtige Buchbinder nicht verdrissen lassen / sol-  
 ches durch seinen Fleiß zuersetzen / darzu ihm denn die  
 oben vber verzeichnete Zahlen satzamen Unterricht  
 geben werden / vad muß der Bogen in die Länge ge-  
 schnitten werden.

INDEX HUGUS  
LIBELLA.

A.			
Aculator - - -	-	-	43.
Alienum - - -	-	-	84.
Amisa integritas - -	-	-	49.
Amor seculi - - -	-	-	88.
Apostasia - - -	-	-	69.
Aranea murus - - -	-	-	12.
Attentio - - -	-	-	4.29.
Auzaxia - - -	-	-	77.
B.			
Baptismus - - -	-	-	76.
Beati mites - - -	-	-	20.
Bona opera - - -	-	-	55.
C.			
Capilli numerati - -	-	-	33.
Carnis Christi illocalitas -	-	-	74.
Cedendo vinces - - -	-	-	83.

Christianismus	61.
Christi natiuitas	62.
Christi vulnera	9.
Christus in templo	10.
Christus Margarita	11.
Concupiscentia residua	28.
Cor contritum	93.
Corde toto	5.
Cordium pravitas	99.
Correctio	72.
Cruce	8. 90.
Cultus Electitus	53.
Cum Deo a Deum	35.
<b>D</b>	
Deliciarum fuga	57.
Deo gratias	92.
Deprecatio	34. 60.
Deprecatur ad iracundiam.	97.
Dies a τὸν ἡμέρας	47.
Dilectio	36.

Dissimulatio - - -	95.
Dissar - - -	72.
Devotio - - -	53.
Deus pater dicitur vobis	42.
Ecclesia E.	18.
Extra Ecclesiam nulla salus.	50.
F.	
Fidei ager - - -	68.
Fides eorum pueri - - -	22.
Fides sanita - - -	54.
Fides victoria nostra - - -	21.
Filius hominis - - -	32.
Gloriam praecedat humiliatio	19.
Γωθι οραυτον - - -	17.
Gratia non ex operibus. - - -	7.
Gratia praeveniens - - -	80.
H.	
Haereticus - - -	98.
Hieronymi precatio - - -	70.
Hominum brutalitas - - -	2.

Homo -	85.
Homo arbor in versa -	56.
Humilitas -	67.
Hypocrisis -	66.
<b>I</b>	
Ignoscentia -	87.
Inmeritum -	52.
Implacabilitas -	96.
Impuritas -	39.
In arido quid? -	13.
Innocentia -	16.
Intentio -	88.
Iohannes in utero -	61.
<b>L</b>	
Lex -	17.
<b>M</b>	
Magistratus auctoritas.	89.
Merita -	75.
Miracula -	14.
Miserere nostri mei -	79.
Montium asyla -	45.



85.	Mors	90
86.	Mors Christi	27.
87.	Mors secunda	8.
88.	Mundi <del>gaudia</del> gloria	46.
	Mundi iniquitas.	58.
87.	Nativitas & sepultura Christi 25.	
86.	Ora & labora	27.
89.	Oratio	37.
83.	P.	
86.	Perseverantia	39.
88.	Pietas	41.
85.	Preces	31.
87.	Pravum consortium	11.
88.	Proclivitas	48.
89.	R.	
85.	Religionis incuria	23.
84.	Resurrectio prima	78.
89.	S.	
85.	Sanctimonia	91.
	Seculares concupiscentia	59.

Spiritualis Resurrectio	- - -	3.
Summa peccatum	- - -	80
Sursum	- - -	26.
P. J.		
Deo loquos	- - -	64.
Deo pntor in Coena	- - -	77.
Veni Domine Gesu	- - -	100.
Verbum salutis	- - -	94.
Vexatio	- - -	15.
Virtus post nummos	- - -	81.
Vitalis	- - -	38.
Vox resurgentis	- - -	65.

3.  
80  
26.

4.  
77.

00.

4.


50.

7.


8.


5.



















**ULB Halle**


3

007 375 395



VD 77





(I.)



I.

### CHRISTUS Margarita.

*Theophylactus in Matth. 13, 47. Plinius lib. 9, 35.*



Valiter ætherium cum fulgure  
conchula rorem  
Imbibit, ut Perlæ fiat amœ-  
nus honos;

sic ex cœligenâ vegetantis Flaminis aurâ  
Virgineô J E S U S nascitur in gremiô,  
Concha meum cor est, ros verbum, Spi-  
ritus ignis,  
Hic oriare satû CHRISTE subinde novô!

II.

### Hominum brutalitas.

*Numer. 22, 23. Esa. 1, 3.*

**S**Tultior est asinâ Bileamide turba pro-  
fana:

Illâ timet Geniû, non timet ista DEUM.

A 2

3. Spi-

